



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Mortis

Corrozet, Gilles

Coloniae, 1557

VD16 C 5284

Ad Lectorem Christianvm, Epigramma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34296

AD LECTOREM
CRISTIANVM,
EPIGRAMMA.

Accipe iucundo præsentia carmina uultu,
Seu Germane legis, siue ea Galle legis:
In quibus extremæ qualis fit Mortis imago,
Reddidit imparibus Musa latina modis.
Gallia quæ dederat lepidis epigrammata uerbis,
Teutona conuertens est imitata manus.
Da ueniam nobis doctissime Galle, uidebis
Versibus appositis reddita si qua parum.
Non omnes pariter, nec in omni parte ualemus:
Præcipuam partem semper & error habet.
Sunt tamen appositis quædam sic reddita uerbis,
Omnibus ut sperem posse placere bonis.
Qualiacunq; mei sunt hæc monumenta laboris,
Gallia, germano pectore mitto tibi.
Deniq; cum præstent, me iudice, sacra profanis,
Materiam uoluit sumere Musa piam.
Discimus hinc summam diuini numinis iram,
Quæ uarijs plecit crimina nostra modis.
Discimus & mortem peccati reddere pœnam,
Omnia quæ tristi corpora falce trahit.

A 2

ben
copi
TA
lum
nor
on-
sum
uen
au-
&
ssa-

Cumq; triumphantis uictoria maxima Christi,
Mortis & inferni fregerit arma simul;
Non opus imbellē nimium metuamus ut hostem;
Qui nos ex uarijs ducit in astra malis.

F R A X I N E V S
A E M Y L I O S V O.

Criminis ut pœnam Mortem Mors sustulit unde
Sic te immortalem Mortis imago facit.

Ambrosius lib. de Bono M O R-
T I S , Cap. II.

M O R S ipsa cùm absoluat omnes, paucos delectat. Sed
non hoc M O R T I S est uitium, sed nostræ infirmitatis, qui
uoluptate corporis, & delectatione uitæ istius capimur, &
cursum hunc consummare trepidamus, in quo plus amaritu-
dinis, quam uoluptatis est. An non sancti ac sapientes uiri,
qui longæ uitatem peregrinationis huius ingemiscabant, dis-
solui, & cum C H R I S T O esse pulchrius æstimantes, deniq;
diem generationis suæ execrabantur? sicut ille, qui ait: Pe-
reat dies illa, in qua natus sum. M O R S igitur bonum est,

Hactenus Ambrosius.